⁊ mortuus eſt. Judicum.xv.

Capitulū.29.

De confeſſione peccatoꝝ.
Confeſſionem peccatorum
efficit defecta accuſatio
Inficit erecta deſperatio
Minuit incepta iteratio
Conſulit recepta tribulatiō
Perficit accepta reputatio

Confeſſio peccatorum debet eſſe accuſatoria et nullum debet excuſare peccatum. Ad quod moue/bat dominus adam vt cognoſceret ⁊ accuſaret peccatuꝫ ſu/um ſed ipſe retorſit in deum ⁊ in mulierem ⁊ mulier in ſerpē tem. Geñ.iij. Reprehenſus dauid a nathan peccatum ſuuꝫ patenter ⁊ humiliter eſt con/feſſus.ij.Regum.xij. Similiter cognouit peccatum numerationis populi. ⁊ obtulit ſe pene portande.ij.Regum.xxiiij. Veniebant ad iohannem oēs populus iuda cōfitentes pec/cata ſua.mathei.iij.Mar.i. In cuius figura dixit chriſtꝰ leproſis. Ite oſtendite vos ſa/cerdotibus.Luce.xvij. Predicante paulo multi veniebant cōfitentes peccata ſua. Actuum.xix. Confeſſio peccatoꝝ debet eſſe cum ſpe venie. ⁊ nō cum deſperatione. Ideo cōfeſ/ſio cayn non deo placuit nec ſibi profuit.quantūcumqꝫ peccatuꝫ recognouerint.quia cū deſperatione iniuſta fuit. Cū dixit. maior eſt iniqtas mea ꝙ̄ vt veniam merear. Gene ꝫ iiij. Judas confeſſus eſt peccatum ſuum dicens. Peccaui tradens ſanguinem iuſtuꝫ.⁊c. ſed ſibi non profuit.quia cum deſperatione fuit. Mat.xxvi

Confeſſio peccatorum de/bet eſſe cum propoſito vlterius non peccandi. Ideo pharaoni dicenti.peccaui nō profuit illa confeſſio.quia non intendebat deſiſtere a peccato.nec derelinquere duritiam cordis ſui Exod.x. Simile accidit ſaul cum reprehenderet euꝫ ſamu/el de inobedientia ad deum.i. Regum.xv. Sed quia dauid dixit illud verbuꝫ.ſcilicet peccaui cum intentione vlterius nō peccandi. Dixit ei nathan Tranſtulit dominus peccatū a te.ſecundo Regum.xij.

Confeſſionem inducit aliquādo tribulatio et afflictio. cum

d v

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

entz homo tribulatur cogitat ꝙ pro peccatis ſuis patitur ⁊ domino confitetur. Jdeo dicit pſalmiſta Multiplicata ſunt infirmitates eorum poſtea ac/celauerunt ſcilicet ad confeſſionem. pſalmo quindecimo. Afflicti iſrahel per ſerpentes di/xerunt moyſi. Peccauimus. qꝛ locuti ſumꝰ cõtra te. Nu. xxi. Oppreſſi filij iſrael a phi/liſteis ⁊ filijs Amon tunc cõ feſſi ſunt dicẽtes. peccauimꝰ Judicum.x. Confiteri dñt homines quantumcumqꝫ iu/ſti et ſe peccatores aſſerere ⁊ re putari. Exemplo neemie dicẽ tis. Ego ⁊ domus patris mei peccauimus iniquitatem feci mus. Neemie.i. Orans Da/niel qui erat vir perfectus di cebat confitendo. peccauimuſ iniquitatem fecimus. Dani. ix. Septus illorum ſeptẽ fra/trum qui pro domino ſuſtine/bant martyrium dixit. Hec pa timur. quia peccauimꝰ. vt di/citur.ij.macha.vij

Capitulũ.30.

De confidentia

Confidenter debent homines delinquentes prohibe re arguendo
Audientes adhibere refe/rendo
Jnſurgentes cohibere. fugi endo
Vera gentes edocere diſſe rendo
Jndigentes ſe prebere in pe tendo
Obſequẽtes ſe exhibere pa rendo.

Confidens

debet eſſe homo ad re/darguenda vicia ⁊ peccata. Jdõ confidenter arguit moyſes cõ tra pharaonez. vt habetur Ex odi.v. ⁊ infra. Audacter ⁊ con/fidenter ſed diſcrete nathã ar guit dauid de peccato.ij. Re/gum.xij. Helyas confidenter reprehendit achab dicẽs. Nõ ego turbo iſrael. ſed tu.iij. Re. xviij. Stephanus audacter ⁊ confidenter arguit iudeos d peccatis eorũ dicẽns. O du ra. corda ceruice. et inſenſatis cordibus. vos ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis. vt clare habe tur Actuum.vij. Paulus pre ſente preconſule Elymam ma gum acriter reprehendit iu/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf